HONORUM
JUS ÆTERNUM
PURPURATÆ TARŁONUM DOMUS
VIRTUTIBUS, MERITIS, FASCIBUS
IN
Avita ASCIA
STABILITUM:
AC IN
Illustrißimum Excellentißimum &
Reverendissimum Dominum,
D. PETRUM
Comitem in Czekarzewice
TARŁO
EPISCOPUM CLAUDIOPOLITANUM
SUFFRAGANEUM
Officialem Generalem & Vicarium in Spiritualibus,
POSNANIENSEM,
Archidiaconum Sremensem, Cracoviensem
CANONICUM

DEVOLUTUM.
Applaudente Primis Infulatis Honoribus
Devinctißimo Collegio Posnaniensi Soc: JESU
Regnante sVpreMo JVDICe ChrIsto.

POSNANIÆ *Typis Clari Collegii Societatis JESU.*

IN AVITUM PURPURATÆ TARŁONUM DOMUS INSIGNE



TARŁONUM gemino se librant Atria Ferro
Jam quantum Meritis sit Domus Ista gravis?
Aut quia Præsuleos Fasces comitata BIPENNIS
Quod cædat crimen, non cui cedat habet.

JLLUSTRISSIME EXCELLENTISSIME REVERENDISSIME ANTISTES.

AD summa honorum Fastigia luris æternitas nisi Purpuratæ Domus stabiliretur meritis ab Infulatis Tuis Fascibus sumpsisset exordium. Non aliter enim Præsule dignam Frontem coronat Vitta, nisi simul Perennaturæ sortis Legem sibi imponi gestiat; Non aliter Pontificiæ Annulus dexteræ in orbem convolvitur, nisi eodem quo se rotat

cir-

circulo æternæ in Honores potestatis sit mensura. Facile equidem Trabearum perennitas cum immortali virtutum cohæret serie; Facile grande Probitatis ævum infertur Culminibus, ac protractis æternùm filis intexuntur Purpuræ, si illum ambiant, quem nascendi Fortuna, meritorum sublimitas immortalem, cum ipso demum Cælo, mentis ac Sanguinis con iunctio prope Divinum efficit. Iam Beatorum sorte Pontificia se collustrari miratur Purpura, dum KOSTKANO *Sangvine, id est Felicis Æternitatis venâ est delibuta. Nunc tandem certiori omine sanctiorem* KOSTCÆ *Divinissimo cultum Vaticana cumulabit Sanctitas; Nunc Immortalitatis Alumno triumphales accendet rogos Quirinus Splendor, cum etiam Innocentissimo Adolescenti vicina nexu Nomina Aris admovet sublimioribus. Quasi illud tantùm Sarmatiæ Angelo ad Sanctiores defuisset titulos, ut* TARLONUM *quoq; Nomen, Romana Infulis inaugura-*

m KO KA- MDo- affini- tas.

raret

vet, Maiestas ac colligatæ etiam Templis inserventur Domus. Accrescit KOSTKANO *Cultus uberior Nomini, ubi* Præsulis Dignissimi *merita Sacrioribus adornantur vittis: Iam Iuveni plusquam Beato litatur hostia, ubi Honori Tuo Maioris Poloniæ Metropolis cadit victima. Hæc nominis ac mentis cum cælo affinitas, Quidni in Te Honorem æternitatem devolveret? cui etiam per orbem & Purpuras sparsus Sanguis perennitatem Fastigii decrevit pridem. Ipse* Illustrissimi EXCELLENtissimi Reverendissimi MICHAELIS BARTHOLOMÆI TARLO Posnaniensis Antistitis *Meritorum Cumulus mortalitatis terminos supergreditur, ac in Te, quidquid immortale, quidquid æternum recte factorum acervat gloria transfundit. Omni sublimior Titulo* CAROLUS TARŁO SUPREMUS REGNI CANCELLARIUS *Solennitatem Juris in Trabeas perfecit, admovit Manum, qua labanti Patriæ toties succurrebat, ac impressis gestorum signis, Honoris sui Aquilis*

æter-

3044.

…des:) — 4. XIII. 6

æternum reddidit. Jllustrissimus EXCELLENtissimus TARŁO palatinus Smolenscensis *Tanti Filii dignus Parens Iam Te perennaturæ Hæredem gloriæ effecerat, nisi nova merendi methodo tantundem hæreditatem excluseris ut illam maiori gestorum accessione cumulasses, tunc certe vel maxime Paternæ Hæres gloriæ cum illam sic non admiseris.* KONARZEWSCIORUM, BREZARUM, GOZDZCIORUM, (*si millenos* Amplissimæ TARŁONUM *Prosapiæ nexus Musarum vinculis reliquero) Generis Magnitudo, meritorum sublimitas ipsis Honorum subselliis distinguens sæcula quid nisi perennem Insularum seriem in Te devolvit? & exundantis fortunæ rivos Nilo accumulat. Probini & Olibrii redivivus gestorum fulgor* in Jllustrissimis *non Cunis duntaxat, sed æmula virtutum Copia,* FRATRIBUS, *Domitam rectefactis fortunam, possessos meritis Honorum apices promulgat palam, & vicissitudine quadam Purpuratæ Domûs meritis stabilitus honos*

nos

nos: Iam Magnitudinem Tuam præſul DIgniſſime ex JLLUSTRISSIMIS Fratribus, *iam illorum gloriam ex Tanto metitur* ANTISTITE. *Nec Patriæ tantùm Familiæ, æternitatem Iuris in Trabeas Præsuleus incæpit honor, cum etiam communem Plausuum conſtantiam; Votorum perennitatem in nos credimus devolutam. Erigit se* KONARSCIANI Collegii gloria, *& ab Infulatis honoribus perennaturam Sortem aliis, ſibi æternam obſequiorum derivat legem. Amant Literæ illud iterum nomen faſtis inſcribere, cui natam ad ſumma mentem excolebant, iam illius meritis inſtrui, vinci Magiſterium Studio, profectu culturam, Infulati Scientiâ Capitis amant vinci disciplinas. Igitur cui diuturnitatem Infulæ* DOMUS *Antiquitas, æterno decrevit Iure, perennem Minima Societas Honorem exarat, ac illam quam in Puero adhuc imminere fronti credebat vates animo Præſulei honoris vittam prono adorat Apolline.*

ILLVSTRISSIMÆ EXCELLENTISSIMÆ
REVERENDISSIMÆ DOMINATIONI
Devinctiſſimum;
Collegium Poſnanienſe Soc: JESU.

REgnorum Soles, Diademata, Sceptra, Curules
Assyrio plusquam depictas Murice Lanas
Et Trabeis Comites milleno Cõsule FASCES
In Tabulas revoco; se protinus explicat ostrũ
In Folium, chartæ commutat Purpura Byssum
Officium calami pansis Cyllenius alis
Suppeditat refluente Tyro: Stylus ipse figuras
Induit insolitas, TARŁONUM Luce Coruscos
Et domitos Victrice Manu se volvit in Orbes.
Scilicet haud aliter debuit committere Fastis
Stirpes Purpureas? aliter num MAGNE notari
PETRE potes? pretium pennæ Pretiumq; Togati
Culminis & meriti præcellens Gemma Tiaræ.
Insolitum ne crede Stylum, dum Scriberis Ostro
Victorum es Regumq; Nepos quem Sanguis Eburno *Illustrissimus Præsul de Linea Regiæ Stirpis SOBIESCIORUM.*
Principis admovit solio Tirynthius ille
Sarmaticæ Columen Gentis, quo stante Polonis

Vita ſtetit terriſq; ſalus inopina refulſit
Auſtriacis Lechici SOBIESKI Gloria Sceptri
Inter Avos juſſit Radians ut Sepia Cocco
Cederet, atq; rudem tegeret Sacra Purpura chartam
Sic Oſtro Trabeate Pater, ſic murice pictus
Accipe pandectas, concluſos cortice faſtos,
Clauſa perexiguo Faſtigia ſume libello
Impleture Tomos; exornature labores
Virtutis meliore Typo: nos jura Togati
Nominis, ad Trabeas Faſces Vittasq; Quirino
Deciduas ſublimè Iugo, reſerabimus Orbi
Aſcia TARŁONIÆ Gentis concedat Acumen.

EST ſua Culminibus Themis, eſt Aſtræa, Curuli
Æthereo ſubmiſſa polo, qua Judice certis
Cardinibus ſtabilitur Apex, hac ſtante Magiſtra
Scit quos ambit Honos, fatuo non ſceptra Chorebo
Obveniunt, vilem temnunt Alphena Coronæ.
Nec Tiphone Senex agiles moderaris habenas
Militiamq; trucem, Non Bellerophonta ſuperbum;
Iuſſa pios meritoſq; Togis redimire Coronat
Æqua bilanx; Vigilem luſcus Polipheme nec Argum
Ad gregis Aurati regimen ſoliumq; præibis.
Iuſtus Ariſtides cælo demiſſus; Honores
Metitur factis, hinc fit, victricibus Armis
Alcides Regnat: ſic Roma Numam admovet Aris.
Auſonias iterum Conſul ſic Iure Secures
Promeruit Stilico, Marius, tum Scipio lauros
TARŁONUM Stirps Celſa Togas, Faſtigia, Vittas
Et

Et quidquid summos unà comitatur Honores.
Nec tantum meruisse decet, quin Purpura supplex,
Patritia possessa Domo circumliget Armos
TARŁONIA de Gente Virûm, nullumq; Paternæ
Prætereant Sacra Iura Togæ: istâ Lege Senatum
PRÆSUL scande Patrum Majorum Limen Honorum
Iam Te Purpureo pridem velavit Amictu
Involvitq; Tyro cunis Lucina ministrans,
Ex Puero tum Mensa Virum, hæc Oracula fudit:
Magne Puer, noscisnè trahas quo sanguine Divum
Ingentem Titulis Animum? metire Penates,
Romanum visure forum; potiusnè sub isto
An Laribus potiùs Vestris concluditur Orbis?
Vis Atavos memorasse Nepos? circumspice terras;
Respice Stellato Regnantia sydera cælo,
Ac rutilo Phàëtonte vias, hoc tramite Vestris
Cursus inest meritis Phæbo metire Serenum,
Quo Gentis stat fultus Honos Patriæq; Curules.
Versa mente thronos, perstringens lumina fulgor
TARŁONIO radios concessos plaudet ab Ostro.
Adde Palatinis parvum est Te surgere Ceris,
Altiùs excelsi Puer ominis exere frontem,
Quo Trabeæ, quo Iura vocant, quo Purpura tendit.
Si Lechiæ pariterq; Domûs Cunabula Vestræ *Illustrissimæ TARŁONUM Domus Antiquitas.*
Commemorem? in Patriam nondum Regalia Sceptra
Occiduo submissa polo, jam Fascibus aucta
Iura dabat primis Heroibus ASCIA Princeps
Cum partita suos duodeno Principe mundos *Inter 12 Palatinos Toporeus eminebat.*
Toporeo potior chalybi Sarmattia cessit
Jam tunc hostili tabo maduere Bipennes

Induxitq; cruor Trabeas invitus Avitis
Luminibus, gladius quem averso pectore fudit.
Crevit post Numerus, Celsorum castra Nepotum
In titulos distincta suos; crevere Triumphi
Et consanguineo radiarunt Murice postes
Inde Senatores centum centumq; Tiaris
Cincti Purpureis: Hac Sandomiria denos

Ex Illustrissima Familia Palatini Sandomirienses fuere.

Stirpe Palatinos vidit, quæ poplite flexo
TARŁONES veneratur: aviti Numina Cæli.
Patritiamq; Domum veluti Titana repingit
Hanc sequitur vicina solo vicina trophæis

Lublinenses Palatini.

Ora (cui medio sedem Rhamnusia Circo
Fixit) & erecto Cervi Diademata Collo
Detrahit, evulsisq; suo cum Nomine ceris
Atria TARŁONIIS depicta Curulibus ornat
Læta diu votisq; satur, cui TARŁO Senator
Obtigit Egregios meritus sine cæde triumphos
Cerne Gigas animo Patrio qvæ Numina Cælo

Primus Author Domûs Illustrissimæ Otto, 2. Zaklika Toporeus, Miles Legatus ad Portam.

Auratis stant picta tholis: hic primus Eburnæ
OTTO Domûs Author radiat, Zaklika secundus
Qui Lechici Cineas Orbis scit Bistona visu
Vincere Threiciamq; polo parere Polono:
Lunam, quo victrix tenuit Sarmattia Thraces.
Te mage Fama loquax moduletur celse NEORI

NEORIUS TARŁO, Palatinus Sandomiriensis:

TARŁO, Palatinis Orbi qui cognite Ceris
Istuleis Amethiste vadis, quo defluit omnis
Virtus in tanto dignos Genitore Nepotes.

IOANNES TARŁO Palatinus Sandomiriensis & ejus Filius itidem IOANNES Palatinus Sandom.

Vos potis excelsi nec scribere penna Maronis
Ambo Palatini, Patrij dum Filius Hæres
Nominis ac Famæ mensuram agnominis implens
Cognato meritas ditavit sole Curules

Quos

Quos Vislicensis Belzensis Purpura texit
Quosve Radomenses primi comitantur honores
Purpureæ sunt fulcra Domûs; queis adde Senatum
Vislicenses Belzenses Radomienses Castellani
Innumeris comptum solijs: En vitta bicornis,
Quam longam cingit seriem Premislia Fastis,
Fascibus inscripsit Nomen STANSLAE decorum
STANISLAUS TARŁO Episcopus Premisl:
Fida Tuum; vigiles tutantur PAVLE Leones
Promeritum pietate decus, quem Russia Patrem
Prona colit, volvitq; Tyram meliore metallo
PAULUS ArchiEpis: Leopoliensis.
Vt flammata Comas Pastoris gemma coronet
Sacra paludato quem tinxit murice virtus.
Hinc Stirpis geniale Decus, novus Incola Tectis
Herculeo plus marte potens, cui Iura Penates
Evolvêre Togæ, celsorum munus Honorum
Sanguine sidonio fultum stetit. Atria circum
Picta probant, plures Trabeas quod traxeris ortu
Ausonios quam celsa Viros Domus Ælia pandit
Non cunas Venerande Puer sed Scande Curules
Iam tibi Patritios cumulavit Fascia Fasces,
Iam Natura dedit, quod sæcula ferre laborant.
Quodsi Materno splendescere Murice gestis
Hæc Tibi PETRE Parens est, quæ Cornelia Graccho
Materno ex Sangvine Opalensciorum Domus.
Quæve Lacæna fuit gremio Nutrita Dearum
Te Numen fusura solo; pariterq; Senatum
Atq; paludatas pariter Stirps Regia Ceras
Intulit & Patrios cumulavit luce penates
Digna suæ Fortuna RATIS, devecta Liburno
Antennas cui tinxit ebur, cui Purpura malos
Carbasa cui Tyrijs Zeuxes depinxerat Uvis
Quam demum Regalis honos quam vitta Bicornis
Incolit, Auratis splendens OPALENIA remis

Argo: Duces pro Typhe gerens pro Remige Reges.
Illa tulit vitam, primævi luminis illa
Auras, præcelsamq; dedit, Tibi Pusio Matrem.
Hinc jam promeritos alterno Numine fasces
Affinitas Domo Illustrissimæ. Nate tene; solium quod dat Natura prehende
Ac ProAvos meritis, titulis jam vince Parentes
Adde paludato vincit quæ Nomina Nexu
Duces KORYBUTHII Te possessa Domus stat prima Parelia Phæbi.
Cynthia cincta Polo resplendens Grandibus Astris
Cincta KORYBUTHEÆ gentis splendoribus; inde
SIENIAVII. SIENIAVIÆ stirpis geminatum Sidere Sidus
Affulget: volvitq; jubar meliore sereno
Quam nitido terris radians sol Aureus ortu
LESZCZYNII Huc Domitos Vrus volvit LESZCZYNIVS orbes
Laurigerisq; Domus laribus circumstat Himetti
SZEMBECII Primus Odor veris, quem fert SZEMBECIVS armis.
SAPIEHÆ. Hic fixere Scopum SAPIEHARVM tela Togatis
Grande decus Castris; pictæq; cruore sagittæ
Threicio, junctum Nomen super Æthera tollunt.
DZIAŁYNII Hoc umbone Domus DZIAŁYNIA spicula condit
CETNERI. Rata Polo fixisse scopum. CETNERE trophæis
In Patriam meritisq; gravis: dic quo Lare Martem
Clauseris: obrizoq; Aurum commiseris? istis
Nonne triumphantes Animos penetralibus infers?
Nonne togas Trabeis meritumq; curulibus Ostrum
LIGĘZÆ. Addis TARŁONIIS? Vos Nomina summa LIGĘZÆ
Sors eadem, fortuna potens ac nexus adunat.
Huc Aquilas, Labarum Clavas, ipsoq; Ducali
POTOCCII. Marte minax vigiles huc Gens POTOCCIA ceras
Deponit, Princepsq; Leo pasto ignibus Ore
Haurit splendores ac pleno mergitur Ostro

Quem

Quem celso figit Stirps LANCKORONIA signo. LANCKORONII.
Illinc BORKOWSCI CHOMĘTOWSCI Fulmina BORKOWSCI
Ambo Scipiades, Thracū Timor, Arcades Ambo [Belli CHOMĘTOVII.
DANIEŁOWICII, LVBOWIECCI, tū Agmina Cētū DANIŁOVICII.
Bistonijs scythicisq; satis numeranda Triumphis. LUBOWIECCII.
Hæc ambit Cunas legio, jam macte Tuarum
Spes ac author Opum, sudarunt sæcula Patrum
Viribus æquales vt adornarentur Honores
PETRE Tuis Animoq; Pares: stant culmina? cunctis
Vnus sufficies: longùm sic Iuno locuta.
Audijt ut blandâ Nutricis voce Susurros
Protinus excelsus vinctos Puer exerit Artus
Vagituq; loquax sic byssina verba fluentem
Sceptrigeram clamore Deam indignatus abegit:
Orator vagitus erat: Quid Sangvine Divûm
Me Genitum Lucina libras? quid stirpe Metellos
Augustos numeras? quid terris Numina Consos
Evolvis? Patriosve Lares, sublimibus æquas
Empyrea de sede Dijs? mihi nulla merendi
Culmina non Trabeas animo male fida relinquis?
Nolim spartano me stamine vinciat ostrum
Inter opes si vivet inops Animus, Toga Patrum
In nostros sese volvet si sola lacertos.
Siccine Laurigeris scribetur turpis egestas
Nacta locum tectis? alienis splendida ceris
Nil proprio de Marte gerens? nec TARŁO notari
Promereor fastis, nisi partas ipse Curules
Conscendam: proprij pretium non vile laboris
Tantale depositi medijs super amnibus ambo
Quam coquimur Majore siti: sitis illa merendi
Extinguenda satis nullis mihi creditur undis.

Dixit. & ingentes animo sibi crescere Curas
Sensit: nempe vigor mentis, tum Spiritus ille
Artubus insedit! magnorum certus Aruspex.
Iam tunc conspicuam pingebat tænia Frontem
Spondebatq; Togam gravitas, morumq; pudicus
Candor in ingenua referebat mente Tiaras.
Interea docilem Chironi grandis Achilles
Commisit Frontem; Vidisses Forte Lycæis
Illatum Numen: certarunt ordine Musæ
Queis cessurus erat, queis illaturus honores
Vidit ubi celsum sidus: mutasset Acumen
Hastatum validæ tunc culta Minerva Bipenni
Ni Primæva suos prætenderet ASCIA Fasces
Tantus erat Lauro, KONARSCIA Litera Quantum
Inchoat: & quantæ legavit semina mentis
KONARSKI Præsul fundatis Author Athenis.
Iam Tunc Posna suo Tiberim despexerat amni
Nacta decus Latium: PETRVS cui TARŁO docendus
Obtigerat, Phæbus veluti Musæa subiret
Atq; datum plectro resonaret Carmen Apollo
Plaudit ovans: vasti tunc Orbis rite Magistra
Cum TARŁONIS erat, jam Vates, Flamen, Aruspex
Dum spondet celsâ risuram Fronte Tiaram
Sed mage docta vices spectarunt Atria, PETRVS.
Auditor Doctorq; simul. Tritonia Pallas
Artibus? hic virtute potens: hæc Numen? & ille.
Ingenio cunisq; pares: caput illa Tonantis
Hic tot Stirpe DEOS Numerat quot Prælia Mavors
Quos Pandora suâ referebat Luce Priores
Hos TARŁO Proavos: dissensio sola duorum

Studia Illustrissimi SUFFRAGANEI in Lycæo Konarsciano Soc: JESU.

Hanc

Hanc Cælis geniale Decus; demiſſio terris
Hunc ſociat, tectâ lumen Vibrantius umbrâ.

Inſcius inde pedem quo ponat culmine? Romam
Auſonios, Ligures, Tuſcos, vetereſq; Sabinos
Inſtructurus abit minor eſt quod Patria tanto

ROMAM
proficiſcitur.

Quem defert animo: non uno clauditur Orbe
TARŁONIA de Gente Virûm qui traxerit Ortum
Fama Gravem cernens Vultum, quod venerit Hoſpes,
Fors Latio dare Iura foro; Mundiq; Magiſter
Vrbe quod arctetur, populàres edocet Auras.

CANONICUS
Cathedralis
Cracovienſis

Verſatâ nam mente Rotas, rubeumq; Senatum
PETRE merebaris: niſi Cracia prima ſubîſſet
Atq; Quirinali tinxiſſet fronte Vavellum
Cracia! Præſulei Sublimis planta Senatûs

E Capitulo
Cracovienſi
actu quinque
Præſules pro-
diere

Tantorumq; Patrum prægrandis Curia; Summis
Fons trabeis & origo Sacrorum Mater honorum
Quinque Togas poſſeſſa Domus, ſimul ipſa Togatis
Culminibus Culmen grandiſq; Tiara Tiaræ.
Hac de ſede ſuam Princeps ŁVBIENIVS Aram

1 *Celſiſſimus*
ŁUBIENSKI
Epiſc: Crac:
Illuſtriſſimus
2 *Poſnanienſis*
3 *Varmienſis*
4 *Leopolienſis*
5 *Premiſlienſis*
Suffraganei.

Conſcendit potuitq; minor non ſurgere Tantis
Nutritus Laribus: felix huic Varmia Patrem
Debet: quæ gemino decorans Antiſtite Ruſſos
Edocet Alcidas tantùm prodire Senatu
Purpureo, acclini quem Rupe Vavellus adorat.
Hoc concluſa polo radiarunt Lumina bini
TARŁONES: gemino ceu ſidere tecta Tonantis
Jlluſtrata diem renovant: ſed pandite Nobis
Atria Craciadum Soles, jam ſæcula votis
Expectant avidis quos Purpura Sacra coronet

Co-

Cognoſcatq; ſuum plaudens Stragona Magiſtrum
Iamq; mihi patuere fores, jam præmia celſis
Verticibus cerno, Sacra Paſtoralia dextris.
Ergo Gigantæo qui ſcandis Culmina paſſu
PETRE, paludatis ſubmittas Tempora vittis;
Artubus haud primas Trabeas, haud pollice primo
Prende Pedum, Sacris pretium ſuperadde Tiaris
Sic primùm modico Trabearum tingere rivo,
Oceano tincture Togas, cum fluminis inſtar,
Purpureos ſuprema dabunt conchylia ſuccos.
Sic Te nunc Dibapho Poſnenſis Vitta repingit
Ceu modicis dum ſurgit aquis Euphratis origo.
Aut torrente fluens arctatur vena perennem
Effuſura Tagum, ſic primæ Purpura vittæ
Te Mitris ſummiſq; parem ſplendoribus, Vno
Murice prona tegit. Fiet redeuntibus Annis,
Ut meritam Suprema liget poſt Infula Frontem.
Succedent Trabeis Faſces, & Faſcibus oſtrum
Celſius, ac rubeæ certabunt Ordine Mitræ
Quæ prior emeritum Crinem Tibi PETRE coronet,
Quæ latura decus, quæ ſurrectura Senatu
Quem Virtus Vittata facit: Subſellia plantis
Demittunt ſe TARŁO Tuis, jam Oenotria nobis
Invidet: Auguſti Capitis quod Tænia cingat
Prima comam: rubei quam ardent redimire Galeri
Millenæq; Togæ, ſeu juncti torquibus orbes
Sublimem nectunt ſeriem: cupit Agmen honorum
Cuncta ſimul meritæ ut prenſent Faſtigia dextræ.
Et ſic Creſcet Apex, ſic pulchro gloria nexu
Obveniet titulis, cunctis ceu fulgor ab Vno
Sole diem terris cumulat: vel flumina Ponto

Epo-

Epotas reddunt dum pleno Vortice lymphas
Uno cuncta ſimul ſe condunt æquore: tales
PETRE Vices titulis deferres, ſi omnibus unus
Fulgeres vittis; nec fallet pronus Apollo,
Plurima Sidonio Te purpura veſtiet Oſtro.
Eſt quo ſurgat Apex: Sociat te Purpura Mitris
Queis Tiberina parat ſuperaddere Roma Galeros.
Auſonios Tibi pinge thronos Stragona Quirino
Eſt ſuppar clivo, cum jam Te TARŁO meretur.
Sunt Vittis cognata Tuis ſunt Numina: celſo
Lublini clivo quæ ſurgit gloria; tectis
Integra TARŁONIIS debetur, quinus habetur
TARŁO Palatinus, juratæ Delius Oræ,
Afflictæ Columen Lechiæ, ſciſſi Unio Regni.
Eſt Tibi Norma Patrum, Procerûm Patriæq; Togatus
Eſt Cato, Te Sociant cui Vittæ PETRE bicornes
Hæc ſunt Jura Togis, hæc ſunt ſancita Tiaris
Æternâ quæ lege, Tuo volvuntur Honori
Nos Trabeas Faſces toti vulgabimus Orbi.

Omen Ill… Epiſcopo P… ſnanienſi…

Illuſtriſſim… TARŁ… Palat: Lub…